

F.K. 110.

Z
6810

V I R O
P E R I L L V S T R I

HENRICO FERDINANDO

DE ZEDTWITZ

SENATVS SVPREMI ECCLESIASTICI SAXONICI

P R A E S I D I

H O S N O V O S H O N O R E S

G R A T V L A T V R

A C A D E M I A L I P S I E N S I S

MENSE IAN. CIOCCCLXXXIIII

L I P S I A E

E X O F F I C I N A K L A V B A R T H I A



V I R O

P E R I L I A S T R I

H E N R I C O F E R D I N A N D O

D E S T A T I S

S P I R I T U A L E R G O D E S V E R S E S S I O N E S S A X O N I C I

P R A E S I D I U M

T O V N H O V G E D I C H T E

A U F D E R K R O N E

U N D E R H E R C U L A N D



Nunc proditores laetitiae piae
Assume vultus, o Academia:
Nunc, nunc tuos cites secundum
Fac manibus geminare plausum!

Ad altiorem inter proceres gradum
Nuper potentem dotibus ingenio
Burgsdorfiu[m], et virtute grandem,
Principis extulerat voluntas.

Suspensa votis haud temerarii
Spes imminebat Saxoniae diu,
Ac scire tandem gestiebant
Templa, scholaeque, facerque coetus,

Quem summus inter tot venerabiles
Virtute, doctrina, eloquio, Viros,
Qui singuli prouinciarum
Sufficerent moderari habens,

Rebus iuberet iam Patriae Parens
Praeesse tantis, illius ut nouam
Cantaret ars, doctrina, Musa,
Relligio, pietasque, curam?

En! fama gratum praeuia nuncium
Desideranti fert Academiac,
Te, Zedtviti, gaudere sacrum
Praeside Saxoniae Senatum;

Te, cui serenum ridet ab aurea
Quiete pectus; cui moderatio
In fronte lucet, quem, nec ira,
Nec trepidus timor, inquietant;

Quem vidit olim discipulum bonum
Bene educatum sub penetralibus,
Ac nobili plures per annos
Lipsia docta sinu nutriuit;

Gellertus olim quem gremio suo,
Gaudete Manes egregii viri!
Vt filium, cari parentis
Egregia pietate fouit;

Te, cuius hinc mox enituit nouo
Virtus, repulsae nescia, lumine,
Industriae fructus adepta
Post alios alios honores.

Te Ciza vidit percupidum suaec
Semper salutis; Te vigilem scholae,
Fidumque custodem perenne
Saxoniae , bona Porta, lumen.

Nunc Dresda gaudet consiliis Tuis,
Virtute nixis, ac sapientia,
Queis indies crescente fama
Promeritum cumulas honorem.

Tu dignus illis omnibus: hic enim,
Huc Te vocarunt relligio, fides,
Mores politi, rara virtus
Ingenii, niueusque candor.

Haec cuncta cerhens Optimus hinc Tibi
Inesse Princeps, iam quoque credidit
Maiora, curis litterarum et
Relligionis honos ut vsque

Tuis apud nos cresceret. Et Tibi,
Caelique plenus, plenus et artium,
Fastigio hoc dignissimarum,
Est animus; Tibi iure plaudit

Quicunque Musis Saxonicas fauet;
Laetamur omnes Praefide fospite,
Sacrasque libamus per aras
Thura, piis cumulata votis.

Hinc cura summi prospiciat Tibi,
Viresque firmet, prouida Numinis,
Vitamque ducat ad serenae
Plurima lustra Tuam senectae.

Praestet vigorem corporis integrum,
Seruetque Prolem cum Socia tori;
Vt adfluat vera, ac perenni,
Zedtvitiana Domus salute.

K 276810

x 3058932

Te caelitum rex numine protegat;
Te longum in aeum praefidium probis
Seruet, precamur: serus olim
Sedibus aduenias beatis.



F.K. 110.

V I R O

Z f
6810

PERILLVSTRI

HENRICO FERDINANDO DE ZEDTWITZ

PREMI ECCLESIASTICI SAXONICI

PRAESIDI

NOVOS HONORES

GRATVLATVR

EMIA LIPSIENSIS

MENSE JAN. CICICCLXXXIX

LIPSIAE

OFFICINA KLAVBARTHIA

